

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Constantini panegyris, quae decimo regni eius anno celebrata est. Cap.  
XLI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

siones quasdam patefecit. Nam illū sēpē numero diuino suo dignauit aspectu, perq; diuinā visionem ei res, quae supra hominem putandē sunt, ostendit & varias prēnotiones rerum suggerit futurarū. Miracula verò per dei gratiam illi ostentata, ne dicendo quidem exprimi possunt: neq; oratione præterea quisquam ea subsidia complecti valet, quae deus seruo suo suppeditare dignatus sit. Quibus firmè septus, reliquū vitæ cursum tutō & tranquillè traduxit: benevolentia subiectorum est in primis lātatus: lātatus etiam cum omnes ipsius ditionis parentes, vi tam pacatā & tranquillā degere cerneret: lātatus deniq; maximè cum dei ecclesiā gaudio & lātitia frui videret.

*Constantini panegyris, quæ decimo regni eius anno  
celebrata est. C A P. X L I.*

**C**Vi hoc pacto vitam transfigenti, decimus imperii sui annus confectus est. In quo festos dies solennes & publicos celebrare, precesq; quibus gratias agerer, tanquam sacrificia quedam ignis & nidoris expertia, deo omnium regi dicare cœpit.

*Quomodo orientem Licinius diuexarit.*

*C A P. X L I I.*

**A**Tque ut in his plurimum percepit oblationis: sic de illis quæ in oriente magno cum tumultu & perturbatione gesta esse auditione acceperat, maioris non parum. Nam ei nuntiatum est, belluam quandam immanem & ferocē illuc tum dei ecclesiæ, tum reliquis provincialibus insidias tendere (quippè dæmō nefarios omnes suos neruos contendit, quo iis, quæ erant, à pio imperatore cōfēcta, cōtraria prorsus perageret) vsq; eo ut imperium Romanum in duas partes diremptum, noctis tenebris, & splendori diei omnibus persimile videretur. Nam his, qui orientem obtinebant, tanquam noctis caligo offundebatur: illis autem, qui erant alterius partis incole splendor clarissimæ diei illucescebat. Quos tā infinitis bonis diuina prouidentia suppeditatis frui neque diabolus inuidia exæstuans, virtutiq; infestus, & quo animo spectare tolerareq; neq; tyrannus, qui alteram orbis partem opprimebat, omnino ferre potuit: qui quidē cum imperium sibi prosperè succederet, & Constantini tam

Hh

eximii